



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Item de ordinatione episcopi. ccxxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De accusatis episcopis.* Cap. CCXXI.

*Ex decreto Felicis papae ca. 4.* **S**i primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legi timo eos ad synodum canonice conuocatam, nō infra angusta tépora canonice conuocent, & prius eis per scripta significant quod eis opponitur, ut ad responcionem preparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore electi, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice vocari ad synodum possunt, nec respondere a muliis debent antequam canonice restituantur, & sua omnia eis legaliter reddantur.

*Quod non ita in ecclesiasticis agendum sit negotiis siccut in secularibus.* Cap. CCXXII.

*Ex decreto eiusdem, cap. 16.*

**N**on enim in ecclesiasticis agendum est negotiis, siccut in secularibus. Priusquā legibus vocatus venerit, ut quem in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractā causam recedere. In ecclesiasticis verò causa dicta recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

*Quod nulli papa viuente alium eligere liceat.* Cap. CCXXIII.

*Ex decreto Symmachii papae cap. 3.*

**S**i quis presbyter aut diaconus, aut clericus papa incolami, & eo inconsulto subscriptionem pro Romano pontificatu cōmendare, aut pitacio promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate & cōmunione priuetur.

*De selectione episcopi.* Cap. CCXXIV.

*Ex cōcilii Carthaginensi.*

**I**n Ecclesia in consensu presbyterorum, episcopus sublimior fedeat.

*Item de ordinatione episcopi.* Cap. CCXXV.

*Ex dictis Theodori archiepiscopi.*

**I**n ordinatione episcopi, ipse qui ordinat Missam celebrare debet, & qui ordinatur similiter.

*Ex cōcilii Turonensis cap. 1.*

*Quæ sacerdotes Dei declinare debeant.* Cap. CCXXVI.  
**Q**uæcunque ad aurium, & ad oculorum pertinent illecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, vt de aliquibus generibus musicorū, aliisque no-